Milphio heus milphio vbi eſ. Mil. aſſum apud te eccum
Ago. At ego elixuſ ſis uolo. Mil. enim here facis delitias. Ago. de te quidem
Haec didici omnia. Mil. ẽt ne utameſ eam quam nunq̃
Tetigeriſ: nihil illic quidem ẽ. Ago. deoſ quoq; edepol & amo et metuo
Quibus ego tñ abſtineo manuſ. Adel. heu ecaſtor cum ornatum
Aſpicio noſtrum ambarum poenitet exornate ut ſimuſ. Ant. immo uõ
Sane cõmode nam pro noſtro queſtu ſatiſ bene onatę ſumus
Non enim põt queſtus iam conſiſtere ſi eum ſumptus ſuperat ſoror
Adel. Eho illud ſatius ſi ſatis quod ſatis eſt. bitus pluſ q̃ ſat eſt
Ago. Ita me dij ament ut illa me amet malim q̃ dij milphio
Nam illa mulier lapidem ſilicem ſubigere ut ſe amet põt
Mil. Pol id quidem haud mentire: nam tu eſ Lapide ſilice ſtultior
Qui hanc ameſ. Ago. at uide ſis cum illac nunq̃ limaui caput
Mil. Curram igitr aliquo ad piſcinam aut Lacum limum petam
Ago. Quid eo opuſ ſit. Mil. ego dicam: ut illi & tibi limem caput
Ago. I in malam rem. Mil. ibi ſum equidem. Ago. pergis. Mil. taceo. Ago. at
Perpetuo uolo. Mil. enimuõ here meo me Laceſſis Ludo & delitias facis
Ante. Satiſ nunc lepide ornatam credo ſoror te tibi uiderier.
Sed ubi exempla conferunt meretriciũ aliarum ibi tibi
Erit cordolium ſi quam ornatam melius forte aſpexeris
Ade. Inuidia in me nunq̃ innataſt: neque malitia mala ſoror
Bono ingenio me eſſe ornatam q̃ auro multo mauolo
Aurum in fortuna inuenitur: natura ingenium bonum
Bonam ego q̃ beatam me ẽẽ nimio dici mauolo
Meretricem pudorem gerere magiſ decet q̃ purpuram
Magiſ quidem meretricem pudorem q̃ aurum gerere condec&
Pulcrum ornatum turpeſ moreſ peiuſ ceno collinunt
Lepidi moreſ turpem ornatum facile factis comprobat
Ago. Eho uin tu facinus facere Lepidum & feſtiuum. Mil. uolo
Ago. Poteſ ne mihi auſcultare. Mil. poſſum. Ago. abi domum ac ſuſpende te
Mil. Quam obrem. Ago. quia nunq̃ audibis uerba tot tam ſuauia
Quid tibi opus ẽ vixiſſe: auſculta mihi modo ac ſuſpende te
Siquidem tu eſ mecum futurus pro uua penſilis
Ago. At ego amo hanc. Mil. at ego ẽẽ et bibere. Ade. eho tu quid ais
Ant. Quid rogaſ. Ade. uiden an pleni oculi ſorde qui erant iam
Splendent mihi. Ant. immo ẽt in medio oculo paulum ſordiſ eſt

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20190r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20190r)